

Fiant aures tuæ intendentes, \* in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates observaveris Dómine : \* Dómine quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est : \* et propter legem tuam sustinui te Dómine.

Sustinuit ánima mea in


verbo ejus : \* sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem : \* speret Israel in Dómino.


Quia apud Dóminum misericórdia : \* et copiósa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel, \* ex ómnibus iniquitatibus ejus.

Réquiem ætérnam...




Ant. Si iniquitates observaveris Dómine : Dómine




quis sustinebit?

Ant. v.  
toni ij.

OPERA. Ps. 137. Confitebor



tibi Dómine in toto corde meo : \* quóniam au-



dísti verba oris mei.

In conspéctu Angelórum psallam tibi : \* adorábo ad templum sanctum tuum, et confitebor nómini tuo.

Super misericórdia tua, et veritate tua : \* quóniam magnificásti super omne, nomen sanctum tuum.

In quacúmque die invocávero te, exáudi me : \* multiplicábis in ánima mea virtútem.

Confiteántur tibi Dómine omnes reges terræ : \* quia audiérunt ómnia verba oris tui :